

Auri arena. Goldfgemüle/vd Goldt-  
schliche.

I I.

## ARGENTVM

**A**rgentum nomen formatum ha-  
bet ex Græco ἄργυρον, quod i-  
psi dēducunt, ἀργός, quod excel-  
lentissimus eius color sit candidus,  
quemadmodum auri est fuluus. Hoc  
dicatum volunt Lunæ. Quod ignem  
non expertum & statim suum est, pu-  
rum putum, Gellius: merum & omni  
parte verū, Pompeius appellat: quod  
verò excoctum purgatumq; est, id pu-  
stulatum Martialis: qui etiam phialā  
de eiusmodi argento factā, pustulam  
felicem. Argentum autem vel effo-  
ditur, vt pleruncq; vel in fluminibus  
reperitur, sed rarissimè: nec apud nos  
inuentum constat. Flumina tamen, in  
quibus inueniatur in India, à Plinio  
memorantur Ganges & Cophos. Poë-  
tæ fluuios Peneum, Eridanum, Ery-

b